

6 = Angeb. 5)

# DIVI EVSEBII

HIERONYMI STRIDONENSIS

de seruanda uiduitate, cauendaq; digamia, epi/  
stolæ tres multo elegantissimæ.

**T**earum prima, scripta fuit ad Saluinam mu-  
lierem cum primis nobilem, ac puellari ad/  
huc ætate marito orbatam.

**S**ecunda ad Furiam, Probi Romani consu-  
lis nurum;

**T**ertia ad Gerontiam, in qua mire refellit  
eos, qui ex uerbis Diui Pauli nuptias itera-  
tas probabant.

*Examinis in opta ad Gerontiam aduocati vocat Hieronymum uirum doctissimum  
et omni Christianorum sine controversia longe in doctissimum uirum sanctissimum  
Quantum in illo antiquitas, quantum Grammaticam litterarum, quantum historicarum.  
tum que phrasis, quod dicendi artificum, quo non Christianos modo omnes  
longo post se intervallo reliquit, ueritatem in ipso Cicerone recte uidetur.  
Ego uero nisi me sanctissimi uiri fides amor in Hieronymianam orationem in Ciceroniana  
confiteri, uideor mihi, nescio quid in ipso eloquentie principi desiderare. Tanta  
in hoc nostro uarietas, tanta sententiarum pondus, tanta entymemiam volubilitas et*

LANDES-  
UND STAAT-  
BIBLIOTHEK  
DÜSSELDORF



ARGVMENTVM EPISTOLAE  
SEQUENTIS/

**S**Aluina mulier nobilissima, puella adhuc iuuenem mari-  
tum ac nobilem amiserat, relicto Nebridio puero & hu-  
ius sorore. Maritum laudat Hieronymus, liberos supersti-  
tes ut diligenter educet, admonet. Quibus rationibus castimo-  
niam & famam tueri possit, docet, ab iterandis nuptijs uehe-  
menter deterrere.

**HIERONYMVS AD SALVINAM**  
De seruanda uiduitate.



**V**EREOR ne officium putetur ambi-  
tio, & quod illius exemplo facimus, q-  
ait, Discite a me, quia mitis sum &  
humilis corde, gloriae facere appeti-  
tione dicamur, & non uiduam alio  
qui in angustia constitutam, sed au-

lae nos insinuare regali, & sub occasione sermonis, amicitias  
potentium quærere. Quod liquido non putabit, qui scierit  
esse preceptum. Personam pauperis non accipies in iudicio, ne sub  
pretextu misericordiae, quod iniustum est, iudicemus. Vnus-  
quisque enim non hominum, sed rerum pondere iudicandus est.  
Nec diuiti ob sunt opes, si eis bene utatur, nec pauperem ege-  
stas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiam, pecca-  
ta non caueat. Ad utriusque nobis rei testimonium, & Abraham  
patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant, quorum alter in  
summis diuitiis, amicus dei fuit, alij quotidie in sceleribus de-  
prehensi, poenas legibus solunt. Alloquimur igitur diuites pau-



perem, vt nesciat ipsa q̄ possidet. Neq̄ em̄ marisuplum eius  
discutimus, sed animæ puritatem. Loquimur ad eam, cuius  
faciem ignoramus, & virtutes nouimus, quā nobis fama cō  
mendat, cuius uenerabiliorem pudicitia, adolescentia facit.  
Quæ mortem iuuenis mariti, sic fleuit, ut exemplum cōiugij  
dederit. Sic extulit, ut eum p̄fectum crederes, non amissum.  
Orbitatis magnitudo, religionis occasio fuit. Nebridium suū  
sic quærit absentem, ut in Christo præsentem nouerit. Cur er  
go ad eam scribimus, quā ignoramus? Triplex nimir̄ causa  
est. Prima, quia p̄ officio sacerdotij, oēs Christianos, filior̄ lo  
co diligimus, & p̄fect̄ eor̄, nostra est gloria. Altera, quia pa  
ter defuncti, intima mihi necessitudine copulatus fuit. Extre  
ma (quæ et validior) quod filio meo Auro roganti, negare ni  
hil potui, qui crebris literis, interpellatricem duri iudicis supe  
rans, & multor̄ mihi, ad quos ante supeadem materia scri  
pseram, exempla p̄ponens, ita suffudit pudorem negantis,  
ut plus considerarem, quid ille cuperet, q̄ quid me facere con  
ueniret. Alius forsitan laudet Nebridium, quod de sorore  
generatus Augustæ, & in matetere nutritus sinu, inuictissi  
mo principi ita charus fuit, vt ei coniugem nobilissimam q̄re  
ret, & bellis ciuilibus Africam dissidentem, hac uelut obside  
sibi fidam redderet. Mihi a principio statim illud est p̄dicand  
um, quod quasi vicinæ mortis præsciens, inter fulgorem pa  
latij, & honor̄ culmina, quæ ætatem anteibant, sic uixit, ut  
se ad Christum crederet profecturum. Sacra narrat histo  
ria, Cornelium, centurionem cohortis Italicæ, in tantum ac  
ceptum deo, ut angelum ad eum mitteret, & omne mysteri  
um, quo Petrus de Circuncisionis, angustijs transferebatur,



ad præputij latitudinem, ad illius merita præneret, qui primus  
ab apostolo baptizatus, salutem gentium dedicauit. Scriptum est  
de eo. Erat uir quidam in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio  
cohortis quæ dicitur Italica, religiosus, & timens deum, cum omni  
domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & orans deum sem-  
per. Quicquid de illo dicitur, hoc nomine commutato, in Nebri-  
dio meo uedico. Sic religiosus fuit, & amator pudicitiae, ut uir-  
go sortiretur uxorem, sic timens deum cum omni domo sua, ut obli-  
tus dignitatis, omne consortium cum monachis haberet & cleri-  
cis, tanta scilicet eleemosynas faceret in populis, ut fores eius pau-  
perum ac debiliu obsiderent examina. Certe sic semper orans de-  
um, ut illi quod optimu esset, eueniret. Raptus est, ne malitia  
mutaret mentem eius, quia placita erat anima illius deo. Vnde  
& ego possum super eo uere abuti apostoli uoce, dicentis. In ue-  
ritate cognoui, quoniam non est personarum acceptor deus, sed in omni  
proposito, qui timet deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Ni-  
hil nocuit militanti paludamentum, & baltheus & apparitorum  
cateruæ, quia sub habitu alterius, alteri militabat. Sicut econ-  
trario alijs nihil potest uile palliolum, furua tunica, corporis illuui-  
es, & simulata paupertas, si nois dignitate, opibus destruat. Le-  
gimus & in euangelio de alio centurione domini testimonium.  
Nec in Israel tantam fidem inueni. Et ut ad superiora redeam. Io-  
seph qui in egestate, & in diuitijs dedit experimenta uirtutum, quod  
& seruus & dominus, docuit animae libertatem, nonne post Pharao-  
nem, regijs ornatus insignibus, sic deo charus fuit, ut super omnes  
patriarchas duarum tribuum pater fieret? Daniel & tres pueri sic  
praerant Babyloniae opibus, & sic erant inter principes ciui-  
tatis, ut habitu Nabuchodonosor, deo mente seruirent, Mardo-



cheus & Hester, inter purpurā, sericū & gēmas, supbiam hu-  
militate uicerunt, tantūq; fuere meriti, vt captiui, uictorib; im-  
perarent. Hęc illuc tendit oratio, vt ostendam iuuenē meū,  
cōiunctionem sanguinis regalis, & affluentiam diuitiarum  
atq; insignia potestatis, materiam habuisse v̄tutum, dicente  
ecclesiaste. Sicut protegit sapiētia, sic protegit & pecunia. Nec  
statim illud huic testimonio putemus aduersum. Amen dico  
vobis, difficile diues intrabit in regnū celorū. Et rursum dico  
vobis, Facilius est camelum p̄ foramen acus transire, q̄ diui-  
tem intrare in regnum celorum. Alioquin Zacheus publica-  
nus, quem ditissimum cōmemorat scriptura, contra hanc sen-  
tentiam saluatus videbit. Sed, quomodo quod a pud homines  
impossibile est, a pud deum possibile fiat, Apostoli consilium  
docet scribentis ad Timotheum, Diuitibus huius sæculi præ-  
cipe, non supbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarū, suarū  
sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fru-  
endum. Benefaciant, sint diuites operibus bonis, facile tribu-  
ant, cōmunicent, thesaurizent sibi bonum fundamētum in  
futurū, vt apprehēdant veram vitam. Didicimus quomodo  
camelus introire possit per foramen acus, quomodo animal  
tortuosum, deposito pondere sarcinarū, assumat sibi pernas  
columbæ, & requiescat in ramis arboris, quę de sinapis semē  
te succreuit, Legimus in Esaia, Camelos Madian & Epha &  
Saba, aurum & tus ad urbem domini deportantes, in typo ho-  
rum camelorū. Isma helitæ negociatores, stacten, & tymia-  
na, & resinam, quę nascitur in Galaad, & cutem vulnerib;  
obducit. Aegyptijs deferunt, tantaq; felicitatis sunt, vt emant  
& vendant Ioseph, & mercimonium eorū mundi salus sit.



Docet & Aesopi fabula, plenum muris uentrem, p̄ angustū  
foramen egredi non ualere. Ergo Nebridius meus quotidie  
illud reuoluens. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentatio  
nem, & laqueum diaboli, & desideria multa, quicquid & im  
peratoris largitio, & honoris insule dederant, in usus pauperū  
cōferebat. Nouerat em̄ a dño esse p̄ceptū. Si vis perfectus eē,  
vade, uende omnia q̄ habes, & da pauperibus, & ueni seque  
re me. Et quia hanc sententiā implere nō poterat, habēs vxorē  
& paruulos liberos, & multā familiā faciebat sibi amicos  
de iniquo mammona q̄ se reciperent in eterna tabernacula.  
Nec semel abiiciebat sarcinā, quod fecerūt apostoli, patrē, rhe  
te, nauiculā relinquentes, sed ex æqualitate, aliorū inopiā, suā  
abundantiā cōmunicabat, ut postea illoꝝ diuitiā, huius indi  
gentiā sustentarent. Scit ipsa cui libellus hic scribitur me nō  
nota, sed audita narrare, nec ex aliquo in me beneficio, scrip  
toꝝ more græcoꝝ gratiam lingua reddere. Procul a Christia  
nis ista suspitio. Habentes uictū & uestitū, his cōtenti sumus.  
Vbi vile olusculum, & cibarius panis, & cibus potusq̄ mode  
ratus, ubi diuitiā superuacua, ibi nulla adulatio, q̄ vel præci  
pue fruct. im respicit. Ex quo colligitur, fidele esse testimoniū  
quod causas non habet mentiendi. Ac ne quis putet, me solas  
in Nebridio prædicare elemosynas, q̄p̄ & has exercuisse sit  
magnā, de q̄bus dicitur, Sicut aq̄ extinguit ignē, ita elemo  
syna extinguit p̄tīm ad cæteras uirtutes eius ueniā, q̄s singu  
las in paucis hominibus dephendimus. Quis fornacem regis  
Babyloni, sine aduertiōe ingressus est? Cuius adolescentis, Ae  
gyptia dña palliū nō tenuit? Quæ uxor Eunuchi nullos creat  
liberos uoluptate trāfacta? Quæ hoīm disputatio illa nō creat



Video aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mētis meae,  
& captiuū me dicentē in lege peccati, q̄ est in mēbris meis.  
Mirz dictū est, Nutritus in palatio, cōtubernalis & cōdiscipu-  
lus Augustorū. quorū mensae ministrat orbis, & terrae ac ma-  
ria seruiunt, inter rerū oīm abundantia, in primo aetatis flore.  
tantae uerecūdiāe fuit, ut yginalem pudorem uinceret. & ne  
leuē qdē obsceni rumoris in se fabulam daret. Deinde pur-  
puratorū, ppinquus, socius, cōsobrinus, ijsdem cum ambobus  
studijs eruditus (q̄ res etiā externorū mentes sibi cōciliat) nō ē  
inflatus supbia, nec caētos hoīes adducta frōte cōtempnit, sed  
cūctis amabilis. ipos principes amabat ut fratres, uenerabat  
ut dños, & in illorū salute, suam salutē positā fatebat. Mini-  
stros at eorū, & uniuersū ordinē palatiū, q̄ regali frequatā am-  
bitio, sic sibi charitate sociarat, ut q̄ merito inferiores erāt, officijs  
se pares arbitrent. Difficile factū ē, glām ȳtute supare, &  
ab his diligi, q̄s pcedas Quē uidua nō hui⁹ auxilio sustētata ē?  
Quis pupillus nō in eo repperit patrē? Totius orientis ep̄i ad  
hunc miserorū p̄ces, & laborantiū desideria cōferebāt. Quic-  
quid ad imperatore poscebat, elemosyna in paupes, p̄cium  
captiuorū, misericordia in afflictos erat. Vñ & ipi principes  
libentē p̄stabant, quod sciebant, non vni, sed pluribus indulge-  
ri. Quid vltra deferimus (Omnis caro foenū, & omnis gloria  
eius, quasi flos foeni. Reuersa est terra in terrā suā, dormiuit  
in dño, & appositus est ad patres suos, plenus dierū ac lumi-  
nis, & nutritus in senectute bona. Cani em̄ hoīs sunt, sapien-  
tia eius. In breui aetate, tēpora multa cōpleuit. Tenemus pro  
eo dulcissimos liberos. Vxor haeres pudicitiae p̄ciū est. Nebri-  
dius p̄sio, patrē q̄rentibus exhibet. Sic oculos, sic ille manus,



sic ora ferebat. Scintilla vigoris paterni lucet in filio, & simi/  
litudo morum per speculum carnis erumpens, ingentes animos,  
angusto in pectore expressat. Iungit ei germana, rosa & liliorum  
calathus, eboris ostricorum commercium. Sic refert ore patrem, ut ad  
uenustatem propensior sit. Sic matrem mixta similitudine pingit.  
utin vno corpore, utrumque agnoscas. Ita suavis est, & melli/  
tula, ut honor sit omnium propinquorum. Hanc tenere non dedi/  
gnat Augustus. Hanc fouere in sinu, regina laetatur. Certa/  
tim ad se omnes rapiunt. Pendet ex collo, haeret in brachijs singu/  
lorum. Garrula atque balbutiens, linguae offensione fit dulcior.  
Habes igitur Saluina quos nuntias, in quibus vix absentem  
tenere te credas. Ecce haereditas domini, filij merces, fructus uen/  
tris. Pro vno homine, duos filios recepisti, auctus est nume/  
rus charitatis. Quicquid debebas marito, redde filiis. Amore pres/  
entium, absentis desiderium tempera. Non est parui apud  
deum meriti, bene filios educare. Audi Apostolum commoneantem.  
Vidua eligat, non minus annorum sexaginta, quam fuerit unius viri  
uxor, in bonis operibus habens testimonium, si filios educauit,  
si hospitalis fuit, si sanctorum pedes lauit, si afflictus abundanter  
probit, si omne opus bonum, subsecuta est. Didicisti catalogum  
virtutum tuarum, quid debeas nomini tuo, quibus meritis secundum pu/  
dicitiae gradum possideas. Nec te moueat, quod sexagenaria  
eligat in viduam, & putes adolescentulas ab apostolo reprobari.  
Et te crede eligi ab eo, qui discipulo dixerat. Nemo adolescen/  
tiam tuam contemnat, non continentiam, sed aetatem. Alioquin  
omnes quae ante sexaginta annos viduatae sunt, hac lege accipi/  
ent maritos. Sed quia rudem Christi instituebat ecclesiam, &  
omni ordini prouidebat, praecipueque pauperibus, quorum ei cura



cum Barnaba fuerat demādata, illas uult ecclesiae opibus sustentari, q̄ proprijs manibus nō queunt laborare, q̄ uerae uidae sunt, quas & aetas probat, & uita. Heli sacerdos offendit deum ob uitia liberorū. Ergo ecōtrario placatur deus, uirtutibus eorū si pmanerint in fide & eharitate, & sanctitate cum pudicitia. O Timothee, te ipsum castam custodi. Absit ut sinistrū quippiā mihi de te suspicari liceat, sed ex abundantia lubricā aetatem monuisse, pietatis est. Quae dicturus sum, nō tibi, sed puellaribus annis dicta intellige. Vidua q̄ in delicijs ē, uiuens, mortua ē. Hoc uas electionis loquit̄, & de illo pfertur thesauro, qui cōfidenter aiebat. An experimentū q̄ritis eius, qui in me loquit̄ Christus? Hoc ille pnūciat, qui libere sub psona sua, fragilitatē humani corporis fatebatur. Non em̄ quod uolo bonum, hoc operor, sed q̄d nolo malū. Et p̄pterea subijcio, & redigo in seruitutem corpus meū, ne alijs pdicans, ipse reprobus inueniar. Si ille timet, quis nostrum potest esse securus? Si Dauid amicus domini, & Solomō amabilis eius, uicti sunt quasi homines, ut & ruinae nobis ad cautionē, & poenitudinis ad salutē exēpla praerberēt, quis in lubrica uia lapsus non metuat? Procul sint a conuiujs tuis Phasides aues, crassiturtures, atragen Ionicus, & oēs aues, quibus amplissima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus uesci non putes, si suum, leporū, atq; ceruorū, & quadrupedū animantiū esculētias reprobos. Non em̄ hāc pedum numero, sed suauitate gustus iudicantur. Scimus ab Apostolo dictum, Omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarū actione p̄cipitur. Sed idem loquitur. Bonum est uinum non bibere, & carnem non manducare, Et in alio loco, Nolite inebriari ui

*Nulli in se confidendum est*

*Et quibus ista mandata  
et abstinenda sūt*



no, in quo est luxuria. Omnis creatura dei bona est. Audiant  
hæc mulieres, quæ sollicitæ sunt, quomodo placeant uiris. Co  
medant carnes, quæ carni seruiunt, quæ feruor desumat in  
coitû. q̄ maritis alligatæ, generationi ac liberis dant operam.  
Quæ uteri portant foetus, eaz & intestina, carnibus im/  
pleantur. Tu uero quæ in tumultu mariti, sepelisti omnes pa  
riter uoluptates, quæ litam purpurisso & cerussa faciem, sup  
feretrum eius lacrymis diluisti, quæ pullam tunicam, nigros  
q̄ calceolos, candidæ uestis & aurati socci depositione sumpsi  
sti, nihil habes necesse aliud, nisi perseverare in ieiunio. Pal  
lor & sordes gemmæ tuæ sint. plumaz mollicies, iuuenilia  
membra non foueat, Balneaz calor, nouum adolescentulæ  
sanguinem non incendat. Audi quid ex persona uiduæ con  
tinentis ethnicus Poeta decantet. Ille meos, primus qui me si  
bi iunxit, amores. Abstulit, ille habeat secum, seruetq̄ sepul  
chro. Si tanti uilissimum vitrum, quanti p̄ciosissimum mar  
garitum? Si cõ lege naturæ, damnat om̄is gentilis uidua uo  
luptates, quid expectandum est a uidua Christiana, quæ pu  
dicitiam suam non solum ei debet, qui defunctus est, sed &  
ei, cum quo regnatura est? Quæ sote, ne generalia monita  
& conueniens puellari sermo personæ, suspicionem tibi iniu  
riæ moueant, & arbitretis me obiurgantis animo scribere, nō  
timentis, cuius votum est, te nescire, quæ metuo. Tenera res  
in foeminis fama pudicitiae est, & quasi flos pulcherrimus ci  
to ad leuem marcescit auram, leuissimatu corrumpit, maxime  
ubi & ætas consentit ad vitium, & maritalis deest auctoritas  
cuius umbra tutamen vxoris est. Quid facit uidua inter fa  
milie multitudinem? inter ministroz greges? Quos nolo cõ



temnat, vt famulos, sed vt viros erubescat. Certe si ambitiosa  
domus, hæc officia flagitat. p̄ficiat his senem honestis mori-  
bus, cuius honor, dñæ dignitas sit. Scio multas, clausis ad pub-  
licū foribus non caruisse infamia seruulorū. q̄s suspectos fa-  
ciebat, aut cultus immoderat⁹, aut crassi corporis nitor, aut ætas  
ap̄ta libidini, aut ex conscientia amoris occulti, securus animi  
umor, qui enā bene dissimulatus, frequenter erūpit in publi-  
cum. & conseruos, quasi seruos despicit. Hoc ex abundantia  
dictū sit, vt omni diligentia custodias cor tuū, & caueas, quic-  
quid de te fingi potest. Non ambulet iuxta te, calamistratus  
p̄curator, non histrio fractus in foeminam, non cantoris dia-  
bolici venenata dulcedo, non iuuenis cultus & nitidus. Nihil  
artium scenicarū, nihil tibi in obsequijs molle iungatur. Ha-  
beto tecū viduatū & v̄ginū choros, habeto tui sexus solatia.  
Ex ancillarū q̄q̄ moribus, dñæ iudicant̄. Certe cū tecum san-  
cta sit mater, & lateri tuo amita hæreat virgo p̄petua, nō de-  
bes periculose externorū consortia q̄rere, de tuorū societate se-  
cura. Semp̄ in manibus tuis sit, diuina lectio, & tam crebrae  
orōnes, vt omnes cogitationū sagittæ, q̄bus adolescentia p̄cu-  
ti solet, huiusmodi elypeo repellant̄. Difficile est, quin poti-  
us impossibile, p̄turbationis iniitijs carere quempiam, quas si-  
gnificantius græci *ἡγοραβίας* vocant, nos, vt verbum verta-  
mus e verbo, antepassiones possumus dicere, eo q̄d incentiua  
vitiorū, omniū titillent animos, & quasi in meditullio nostrū  
iudicium sit, vel abijcerere cogitata, vel recipe. Vnde & natu-  
ræ domin⁹, in euangelio loquebat̄. De corde exeunt cogitatio-  
nes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testi-  
monia, blasphemie. Ex quo p̄spicuum est, iuxta alterius libri

*De diuina lectione et orōe*



De ...  
testimonium, procliuus esse cor hominis a pueritia ad malū,  
& inter opa carnis & spūs, q̄ Apostolus enumerat, mediā  
animam fluctuare, nunc hęc, nunc illa cupientē. Nam uitis  
nemo sine nascitur. Optimus ille est, qui minimis urgetur, ue  
lut si egregio insperos rephendas corpe neuos. Hoc est quod  
alijs uerbis propheta significat. Turbatus sum, & nō sum lo  
cutus. Et in eodem uolumie, Irascimini, & nolite peccare. Et  
illud Architæ Tarentini, ad uillicum negligentē. Iam te uer  
beribus enecassem, nisi iratus essem. Ira em̄ uiri, iustitiam dei  
non opatur. Quod de una pturbatione dictum est, referam<sup>9</sup>  
ad cæteras. Sicut irasci hominis est, & iram non pficere Chri  
stiani, sic omnis caro cōcupiscit quidem ea, quę carnis sunt, &  
quibusdā illecebris, ad mortiferas animā voluptates trahit, sed  
nostrum est, uoluptatis ardorem, maiore Christi amore restin  
guere, & la sciuiā iumentū, frenis inedia subjugare, ut nō li  
bidinem, sed cibos quærat ac desideret, & sessorem spiritum  
sc̄m, moderato atq; cōposito portet incessu. Quorsum ista?  
Ut hominē esse te noueris, & passionibus humanis, nisi caue  
ris, subiacere. De eodem cuncti facti sumus luto, iisdem com  
pacti exordijs. In serico & in pānis, eadem libido dñatur. Nec  
regum purpuras timet, nec medicātū spernit squalorē. Mul  
toq; melius est, stomachum dolere, q̄ mentē, impare corpori  
q̄ seruire, gressu uacillare, q̄ pudicitia. Nec statim nobis pœ  
nitentiæ subsidia blandiatur, q̄ sunt infelicū remedia. Caueri  
dum est vulnus, quod dolore curatur. Aliud est integra naue  
& saluis mercibus, portum salutis intrare, aliud nudū hærere  
tabulæ, & crebris fluctuū recursibus, ad asperrima saxa colli  
dī. Nesciat uidua digamīæ indulgentiā, nec nouerit illud Apo



stoli. Melius est nubere, q̄ vni. Tolle quod pelus est / vni. & p  
se bonum nō erit nubere. Procul sint hæreticorū calumniæ.  
Scimus honorabiles nuptias, & cubile immaculatū. Etiam de  
paradiso expulsus Adam, unā uxore habuit. Primus Lamech  
maledictus & sanguinarius, & de Cain stirpe descēdens, unā  
costam diuisit in duas, & plantariū digamiae, protinus diluuij  
pœna subuertit. Vnde illud Apostoli, quod fornicationis me  
tu, indulgere cōpellitur, scribens ad Timotheū. Volo adoles  
centulas nubere, filios procreare, matre familias esse, nullam  
occasionē dare aduersario, maledicti causa. cur indulserit, sta  
tim subiecit. Iam q̄dam declinauerunt post satanā. Ex q̄ in  
telligimus illum nō stantibus coronam, sed iacentibus manū  
porrigere. Vide qualia sint secunda matrimonia, q̄ lupanari  
bus p̄feruntur, quia declinauerunt q̄dam post satanam. Ideo  
adolescentula uidua, q̄ se non pōt continere, uel non uult ma  
ritum potius accipiat, q̄ diabolū. Pulchra nimirū & appeten  
da res, q̄ satanę comparatione suscipitur. Fornicata est quon  
dam & Hierusalem, & diuicauit pedes suos, omni transeun  
ti. In Aegypto primū de uirginata est, & ibi fractæ sunt mā  
mæ eius. Cuncq̄ ad deserta uenisset, & moratē Moyfi ducto  
ris impatiēs, quasi oestro libidinis furibunda dixisset. Isti sunt  
dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, accepit præce  
pta nō bona. & iustificationes pessimas, in quibus non uiue  
ret, sed puniretur. Quid ergo mirum, si & lasciuientibus uiduis  
de quibus in alio loco Apostolus dixerat. Dum luxuriata fue  
rint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem. quia  
primā fidem irritam fecerunt. concessit digamiae p̄cepta non  
bona, & iustificationes pessimas, ita secundū indulgens ma  
B

*Vnde digamia desindecit*



ritum. ut & tertium, si liberet etiam uicesimum. ut scirent sibi non  
tam uiros datos, quam adulteros amputatos. Hæc filia in Christo  
charissima inculco, & crebrius repeto. ut posteriorum oblita. in  
priora te extendas, habes tui ordinis quas sequaris. Judith de  
hebræa historia, & Annam filiam Phanuelis de euangelij cha  
ritate. quæ diebus & noctibus uersabant in templo, & oratio  
nibus atque ieiunijs, thesaurum pudicitiae conseruabant. Vnde  
& altera in typo ecclesiae, diabolum capite truncauit. altera sal  
uatorem mundi prima suscepit. sacramentorum conscia futu  
rorum. Illud in calce sermonis queso, ut breuitatem libelli. non  
de inopia æloquij, uel de materia sterilitate. sed de pudoris  
magnitudine existimes accidisse. dum uereor me ignotis diu  
ingere auribus, & occultum legentium iudicium pertimesco.

**A**rgumentum epistolæ sequentis.

**F**uriam uiduam Titiane filiam, Probi consulis nupti, hor  
tatur, ut in coelibatu perseueret, nec iteret matrimonium,  
& quoniam adhuc uirenti erat ætate, quibus modis pud  
icitiam simul ac famam tueri debeat, præcipit.

**H**ieronymus ad Furiam de uiduitate  
seruanda.

**O**BSECRAS literis, & suppliciter deprecaris, ut tibi re  
scribam, imo scribam, quomodo uiuere debeas, & uidui  
tatis coronam, illæso pudicitiae nomine conseruare. Gaudet  
animus, exultat uiscera, gestit affectus, hoc te cupere esse post  
uitum, quod sancte memoriae mater tua Titiana, multo tem  
pore fuit sub marito. Exaudita sunt preces & orationes eius.  
Impetrauit in unica filia, quod uiuens ipsa possederat. Haec



bes p̄terea generis tui grande priuilegium, quod exinde a Ca-  
millo, uel nulla, uel rara uestre familie scribitur secundos nos  
se concubitus, ut non tam laudanda sis, si uidua perseueres, q̄  
execranda, si id Christiana non serues, quod per tanta sæcu-  
la, gentiles foemina custodierunt. Taceo de Paula & Eusto-  
chio, stirpis uestre floribus, ne p̄ occasionem exhortationis, il-  
las laudare uidear. Blesillamq; p̄tereo, quæ maritum suum,  
tuum secuta Germanū, in breui uitæ spatio, tempora virtutū  
multa compleuit. Atq; utinam p̄conia foeminarum, imitarē-  
tur uiri, & rugosa senectus redderet, quod sponte offert ado-  
lescentia. Sciens & uidens in flammam mitto manū, adducē-  
tur sup̄cilia, extendetur brachium, Iratusq; Chremes tumi-  
do defæuiet ore. Cōsurgent proceres aduersus epistolam me-  
am, turba patritia detonabit, me magum, me seductorem cla-  
mitans, & in terras vltimas deportandū. Addant, si uolunt &  
Samaritem, ut domini mei titulum recognoscam. Certe filiā  
a parente non diuido, nec dico illud de euāgelio. Sine, ut mor-  
tui sepeliant mortuos suos. Viuit enim, quicumque credit in  
Christum. Et qui in illum credit, debet utique quomodo ille  
ambulauit, & ipse ambulare. Faceſſat inuidia, quam nomi-  
ni Christiano, maledicorū semp̄ genuinus infigit, ut dum p̄-  
bra metuunt, ad v̄tutes prouocent. Exceptis epistolis, ignora-  
mus alterutꝛe. Solaq; causa pietatis est, ubi nulla carnis noti-  
cia est. Honora patrē tuū, sed si te a uero p̄re nō separat. Tā-  
diu scito sanguis copulā, q̄ diu ille suū nouerit creatorē. Alioq;  
David protinus tibi canet. Audi filia & uide, & inclina aurē  
tuam, & obliuiscere pp̄m, & domum p̄ristui, & cōcupisce



rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus tuus. Grande premium  
pariteris oblitus. Concupiscet rex decorem tuum. Quia audisti,  
quia uidisti, quia inclinasti aurem tuam, & populi tui, domusque  
patris tui oblita es. ideo concupiscet rex decorem tuum, &  
dicit tibi. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in  
te. Quid pulchrius anima, quae dei filia appellatur, & nullos ex  
trinsecus quaerit ornatus? Credit in Christum, & hac ambitio  
ne, pergit ad sponsum, eundem habens dominum, quem & uisus.  
Quid angustiarum habeant nuptiae didicisti in ipsis nuptiis.  
& quasi coturnicum carnibus, usque ad nauseam saturata es, ama-  
rissimam choleram, tuae sensere fauces. Egestisti acedentes &  
morbidos cibos, releuasti aestuantem stomachum. Quid uis rui-  
sum ingerere, quod tibi noxium fuit? Canis reuertens ad uo-  
mitum, & sus lota, ad uolutabrum luti. Bruta quoque animalia &  
uagae aues, in eisdem pediculis rhetiace non incidunt. An uere-  
ris, ne proles Furiana deficiat, & ex te parens tuus, non habe-  
at passionem, qui reptet in pectore, & ceruicem eius stercore li-  
nat? Quippe non omnes habent filios, qui habere matrimonia?  
& quibus nati sunt liberi, suo generi responderunt? Exhibuit  
Ciceronis filius, patrem in eloquentia? Cornelia uestra, pud-  
icitiae simul & foecunditatis exemplar, Gracchos se genuisse  
laetata est? Ridiculum est sperare pro certo, quod multos, & non  
habere uideas, & cum habuerint, perdidisse. Cui dimittes tantas  
diuitias? Christo, qui mori non potest. Quem habebis heredem?  
Ipsam, quae & dominum. Contristabitur pater, sed laetabitur Chri-  
stus. Lugebit familia, sed angeli gratulabuntur. Faciat pater  
quod uult de substantia sua, non es eius, cui nata es, sed cui re-  
nata, & qui te grandi pretio redemit, sanguine suo. Caue nutrie

*Alludat ad iudeos qui rari-  
desiderabant in deserto, quia  
sancti offendent dominum.*



ees & gerulas, & istiusmodi uenenata animalia, quę de corio tuo, saturari uentrem suū cupiunt. Nō suadent quod tibi, sed quod sibi proſit. Et sæpe illud obganniunt. Sola ne perpetua moerens carpere iuuenta: Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris: Vbi pudicitia sanctitas, ibi frugalitas est. Vbi frugalitas, ibi damna seruulorū. Quicquid non tulerint, sibi ablatum putant, nec considerant de quanto, sed quantum accipiant. Vbicunq; uiderint Christianum, statim illud de triuio, ο γραικός ἐπιβέτης, uocant impostorem, detrahunt. Hi, tumores turpissimos serunt. & qđ ab ipsis egressum est, id ab alijs audisse se simulant, ijdem auctores & exaggeratores. Exit fama de mendacio, q̄ cum ad matronas peruenerit, & earū linguis fuit uentilata, prouincias penetrat. Videas plærascq; rabido ore sæuire, & tincta facie, uiperinis orbibus, dentibus pumicatis carpe Christianos. Hic aliqua, cui circa humeros hircynthina lena est. Rancidulum quiddam, balba de nare locuta. Perſtrepit ac tenero supplantat uerba palato. Omnis consonat chorus, & latrant uniuersa subſellia. Iunguntur nostri ordinis, q̄ et roduntur & rodunt. Aduersus nos loquaces, pro se muti. quasi et ipsi aliud sint, q̄ monachi. & nō quicquid in monachos dicitur, redūdet in clericos, qui patres sunt monachorū. Detrimentum pecoris, pastoris signominia est. Sicut e regione, illius monachi uita laudanda est, qui uenerationi habet sacerdotes Christi, & non detrahit gradui, per quem factus est Christianus. Hæc locutus sum in Christo filia, non dubitans de proposito tuo (nuncq; em̄ exhortatorias literas postulares, si ambigeres de bono monogamiae) sed ut nequitia seruulorū, qui te uenalem portant, & insidias affinium, ac piū



parentis errorem intelligeres. cui ut amorem in te tribuam, amoris scientiam non concedo, dicens aliquid cū Apostolo. Cōfiteor, zelum dei habent, sed non secundū scientiam. Imitare potius (crebro em̄ id ipsum repetam) sanctam matrem tuā, cuius ego quoties recordor, uenit in mentē ardor in Christū, pallor ex ieiunijs, elemosynę in paupes, obsequium in seruos dei, humilitas uestiū & cordis, atq; in cunctis sermo moderatus. Pater tuus (quem honoris causa nomino, non quia consularis & patricius, sed quia Christianus est) impleat nomen suum. Latetur filiam genuisse Christo, non saeculo. Quin potius doleat, quod & uirginitatem frustra amiseris, & fructus perdideris nuptiarū. Vbi est maritus, quē tibi dedit? Etiam si amabilis, si bonus fuisset, mors rapuisset omnia. & copulam carnis, soluisset interitus. Arripe quæso occasionem, & fac de necessitate uirtutem. Non querunt in Christianis initia, sed finis. Paulus male cœpit, sed bene finiuit. Iudæ laudant exordia, sed finis proditione damnat. Lege Ezechielem. Iustitia iusti non liberabit eum in quacūq; die peccauerit. Et impietas impij non nocebit ei, in quacūq; die cōuersus fuerit ab impietate sua. Ista est scala Iacob, per quā angeli cōscendunt & descendunt, cui dominus innititur, lassos porrigens manum, & fessos ascendentiū gradus, sui cōtemplatione sustentans. Sed sicut non uult mortem peccatoris tantum, quātum ut cōuertat & uiuat, ita tepidos odit, & cito ei nauseam faciūt. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix illa in euāgelio baptizata lachrymis suis, & crine, quo multos ante decœperat, pedes dñi tergens, saluata est. Non habuit crispates mitras, nec stridentes calceolos, nec orbis stibio fuliginatos. Quanto foedior



10

tanto purior. Quid faciat in facie Christianæ, purpurissus  
& cerussa, quorū alterum, ruborem genarum labiorūq; men-  
titur, alterum, candorem oris & colli, ignis iuuenum, fomen-  
ta libidinum, impudicæ mentis indicia? Quomodo flere pōt  
pro peccatis suis, quæ lachrymis cutem nudat, & sulcos ducit  
in facie? Ornatus iste non dñi est, uelamen istud antichristi ē.  
Qua fiducia erigit ad cœlum vultus, quos conditor non agno-  
scit? Frustra obtenditur adolescentia, & ætas puellaris asseri-  
tur. Vidua quæ marito placere desinit, & iuxta apostolum  
uere vidua est, nihil habet necessarium, nisi perseuerantiam.  
Meminit pristinae uoluptatis, scit quid amiserit, quo delecta-  
ta sit. Ardentes diaboli sagittæ, ieiuniorum & uigiliarum ri-  
gore restinguendæ sunt. Aut loquendum nobis est, ut uestiti-  
sumus, aut uestiendum, ut loquimur, Quid aliud pollicemur,  
& aliud ostendimus? Lingua personat castitatem, & totum  
corpus præfert impudicitiam. Hoc quantum ad habitum p-  
tinet, & ornatum. Cæterum vidua quæ in delicijs est (non est  
meum, sed Apostoli) uiuens mortua est. Quid sibi uult hoc  
quod ait. Viuens mortua est? Viuere quidem uidetur igno-  
rantibus, & non esse peccato mortua, sed Christo, quem secre-  
ta non fallunt, mortua est. Anima quæ peccauerit, ipsa morie-  
tur. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præce-  
dentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Simi-  
liter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent,  
abscondi non possunt. Quod dicit, istiusmodi est. Quid tana-  
libere & palam peccant, ut postq; eos uideris statim intelli-  
gas peccatores. Alios autem qui callide occultant uitia sua,  
ex sequenti conuersatione cognoscimus, Similiter &



bona apud aliquos in proapatulo sunt. in alijs longo usu discimus. Quid ergo necesse est nos iactare pudicitiam. quae sine comitibus et appendicijs suis, continentia & parcitate, fidem sui facere non potest? Apostolus macerat corpus suum, & animae subicit imperio. ne quod alijs precipit, ipse non seruet. & adolescē tula feruente cibus corpe, de castitate secura est? Neque uero haec dicens condemno cibos, quos deus creauit ad utendum cum gratiae actione. sed iuuenibus & puellis, incontinentia aufero uoluptatum. Non Aetnaei ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus & Olympus tantis ardoribus aestuant. ut iuueniles medullae uino plenae, & dapibus inflammatae. Auaricia calcatur a placentisq. et cum marsupio deponit. Maledicam linguam, indictum emendat silentium. Cultus corporis, & habitus vestitum. unius horae spacio commutatur. Omnia alia peccata extrinsecus sunt. et quod foris est, facile abijcitur. Sola libido insita a deo obliberorum procreationem, si fines suos egressa fuerit, reducat in uitium. & quadam lege naturae, in coitum gestit erumpere. Grandis igitur virtutis est, & sollicitae diligentiae, superare quod nata sis. in carne, non carnaliter uiuere. tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem Argi (ut fabulae ferunt) centum oculis obseruare. Hoc est, quod Apostolus uerbis alijs loquebatur. Omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Aiunt medici, & qui humanorum corporum scripsere naturas. praecipueque Galenus in libris, quorum titulus περι νεωτων, puerorum, & iuuenum, ac perfectae aetatis uiuorum, mulierumque corpora insito calore feruere, & noxios illis esse cibos gratibus, qui calorem augeant. sanitatiq. conducere, frigida tamen in esu & potu sumere. Sicut e contrario seni



bus, qui pituita laborant & frigore, calidos cibos, & vetera vi-  
na prodesse. Vnde & saluator. Attendite, inquit, uobis, ne for-  
te grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius  
uitae. Et Apłs. Vinū in q̄ est luxuria. Nec mirę hoc figulum  
sensisse de uasculo, quod ipse fabricatus est, cum etiam Comi-  
cus, cuius finis est humanos mores nosse atq; describere, dixe-  
rit. Sine Cerere & Libero friget. Ven<sup>o</sup>. Primū igitur, si tñ sto-  
machi firmitas patit̄. donec puellares annos transeas, aquā  
in potu sume. q̄ natura frigidissima est. Aut si hoc imbecilli-  
tas prohibet, audi cum Timotheo. Vino modico vttere pro-  
pter stomachū, & frequētes tuas infirmitates. Deinde in ip̄is  
cibis calida q̄q; deuita. Non solū de carnibus loqr̄, sup quibus  
vas electionis, pfert sententiā. Bonū est uinū nō bibere, & car-  
nem nō māducare, sed etiā in ip̄is leguminibus inflātia q̄q; &  
grauida declinanda sunt. nihilq; ita scias conducere Christia-  
nis adolescentibus, vt esum oleę. Vñ & in alio loco. Qui in-  
firmus est, ait, olera manducet, ardorq; corporę, frigidioribus  
epulis temperandus est. Sic aut̄ tres pueri & Daniel, legumi-  
nibus uescebant̄. Pueri erāt, necdū ad sartaginem uenerant,  
in qua rex Babilonius senes iudices frixit. Nobis non corpis  
cultus, q̄ in illis (excepto priuilegio gratiæ dei) ex huiuscemodi  
cibis enituerat, sed animę uigor q̄ritur. q̄ carnis infirmitate fit  
fortior. Inde est, quod nōnulli uitam pudicam appetentiū, in  
medio itinere corruunt, dum solam abstinentiā carniū putāt.  
& leguminibus onerant stomachum. quæ moderate parceq;  
sumpta, innoxia sunt. Et (ut quod sentio loquar) nihil sic inflā-  
mat corpora, & titillat mēbra genitalia, sicut indigestus cibus,  
& uctusq; conuulsus. Malo a pud te filia, uerecundia parump,



¶ causa periclitari. Quicquid facit seminariū uoluptatum, ue-  
nenum puta. Parcus cibus & uenter semper esuriens, tridua-  
nīs ieiunijs præfertur. Et multo melius est quotidie parum, q̄  
raro satis sumere. Pluuia illa optima est, quæ sensim descē-  
dit in terram. Subitus & nimius imber in p̄ceps, arua subuer-  
tit. Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandū, ilico &  
legendum sit. De scripturis sanctis, habeto fixum & suum nu-  
merum. Istud pensum domino tuo re. dde. Nec añ quieti mē-  
bra concedas, q̄ calathum pectoris tui, hoc subtegmīne imple-  
ueris. Post scripturas sanctas, doct̄z hominum tractatus le-  
ge. eoz duntaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes  
aurum in luto quærere. Multis margaritis, vnā redime mar-  
garitam. Sta, iuxta Hieremiā, in uijs pluribus, ut ad illam ui-  
am, quæ ad patrem ducit, puenias. Amorem monilium atq̄  
gemmar̄z sericar̄z q̄uestium, transfert ad scientiā scripturar̄z  
Ingredere terrā repromissionis, lacte & melle manantē. Co-  
mede simulam & oleum, uestire cum Ioseph varijs indumē-  
tis, perforent̄ aures tuæ, cum Hierusalem sermone dei, ut p̄-  
ciosa illis, nouar̄z segetum grana dependeant. Habes sanctū  
Exuperium, probatæ ætatis & fidei, qui te monitis suis freq̄n-  
ter instituat. Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te re-  
cipiant in eterna tabernacula. Illis tribue diuitias tuas. q̄ non  
Phasides aues, sed cibarium panem comedāt, qui famem ex-  
pellant, non qui augeant luxuriam. Intellige sup̄ egenum &  
pauperem. Omni petente te, da, sed maxime domesticis si-  
dei. n̄ dum uesti, esurientem ciba, ægotantem uisita. Quo-  
tienscunq̄ manum extendis, Christum cogita. Caue ne men-  
dicante dño deo tuo, alienas diuitias augeas. Iuuenum fuge



12

confortia. Comaculos, comptos, atq; lasciuos, domus tuæ te-  
sta non videant, Cantor pellatur, vt noxius. Fidicinas & psal-  
trias, & istiusmodi chorum diaboli, quasi mortifera sirenarum  
carmina, proturba ex aedibus tuis. Noli ad publicum subinde  
procedere. & spadonum exercitu præeunte, uiduamq; circūfer-  
ri libertate. Pessimæ consuetudinis est. cum fragilis sexus &  
imbecilla ætas, suo arbitrio abuti. & putat licere, quod libet.  
Omnia quidem licent, sed non omnia expediunt. Nec procu-  
rator calamistratus, nec formosus collectaneus, nec candidu-  
lus & rubicundus affecla, adhæreat lateri tuo. Interdum ani-  
mus dominae ex ancillae habitu iudicatur. Sanctae uirgi-  
num & uiduarum societatem appete. Et si sermocinandi cum  
viris incubuerit necessitas, arbitros ne deuites. tantaq; confa-  
bulandi fiducia sit, ut intrante alio, nec paueas, nec erubescas  
Speculum mentis est facies. & taciti oculi, cordis fatentis arca-  
na. Vidimus nupignominiosum quendam p totum orientem  
volitasse rumorem. Et ætas, & cultus, & habitus, & incessus,  
& indiscreta societas, exquisitæ epulæ, regius apparatus. Neronis  
& Sardana pali, nuptias loquebantur. Aliorum uulnus, nostra  
sit cautio. Pestilente flagellato, sapiens sapientior erit. Sciens  
amor, impatientiam non habet. Falsus rumor cito opprimitur.  
& uita posterior, iudicat de priore. Fieri quidem non potest, ut  
absq; morfu hominum, uitæ huius curricula quis prætranseat, ma-  
lorumq; solatiū est, bonos carpere, dum peccantium multitudine, pu-  
tant culpam minui peccatorum. Sed tamē cito ignis stipulæ cō-  
quiescit, & exundans flamma, deficientibus nutrimentis, pau-  
latim emoritur. Si anno præterito fama mentita est, aut cer-  
te si uerè dixit, cesset uitiū, cessabit & rumor. Hæc dico, non



quod de te sinistrū quid metuā. sed quod pietatis affectu, etiā  
quæ tuta sunt pertimescam. O si videres sororem tuam. & il  
lud sacri oris eloquium coram audire te contingeret. cernere s  
in paruulo corpusculo, ingentes animos. Audires totam ueter  
ris & noui testamenti supellectilem ex illius corde feruere. Ie  
iunia pro ludo habet, orationem pro delitijs. Tenet tympanū  
in exemplum Mariæ, & Pharaone merso, yginum choro p̄  
cinit. Cantemus domino, gloriose em̄ magnificatus est. equū  
& ascēsores dicit in mare. Has docet psaltrias Christo, has  
fidicinas erudit saluatori. Sic dies, sic nox ducitur. & oleo ad  
lampades præparato, sponsi expectatur aduentus. Imitare er  
go & tu consanguineam tuam. Habeat Roma, quod angu  
stior urbe Romana possidet Bethlehem. Habes opes, facile  
tibi est, indigentibus victus subsidia ministrare. Quod luxu  
ria parabatur, virtus insumat, nulla nuptias contemptura, ti  
meat egestatem. Redime virgines, quas in cubiculum regis  
inducas. Suscipe viduas, quas inter virginum lilia, & marty  
rum rosas, quasi quasdam uiolas misceas. pro corona spinea,  
in qua Christus mundi delicta portauit, talia ferta compone.  
Laetetur & adiuuetur nobilissimus pater tuus, discat a filia,  
quod didicerat ab vxore. Iam incanuit caput, tremūt genua,  
dentes cadunt, & fronte ob senitū rugis arata, vicina est mors  
in foribus, designatur rogas prope. Velimus, nolimus, sene  
scimus. Paret sibi viaticum, quod longo itineri necessariū est.  
Secum portet, quod inuitus dimissurus est, imo p̄mittat in coe  
lum. Quod si negauerit, terra sumptura est. Solent adolescē  
tulae uiduæ, quarz nōnullæ abierunt retro post satanam, cū  
luxuriatæ fuerint in Christo, nubentes dicere, Patrimoniolū



meum quotidie perit, maiorꝝ hæreditas dissipat. seruis con-  
tumeliose locutus est. imperium ancilla neglexit. Quis proce-  
det ad publicũ. quis respondebit pro agrosꝝ tributis. Paruu-  
los meos quis erudiet. & uernulas quis educabit. Et hæc (proh  
nefas) causam, opponunt matrimonij. q̄ uel sola debuit nup-  
tias impedire. Supducit mater filijs, nõ nutritum, sed hostem.  
nõ parentẽ, sed tyrannũ. Inflammata libidine, obliuiscit ute-  
ri sui. & inter paruulos, suas miserias nescientes, lugens didicũ  
noua nupta cõponit. Quid obtendis patrimoniũ. Quid sup-  
biam seruulorꝝ. Confitere turpitudinẽ. Nulla iccirco maritũ  
ducit, ut cũ marito nõ dormiat. Aut si certe libido non stimu-  
lat, q̄ tanta infania est, in morem scortorꝝ prostituere castita-  
tem, ut augeant diuitiã, & ppter rem vilem atq; perituram,  
pudicitia quæ & p̄ciosa & æterna est, polluatur. Si habes libe-  
ros, nuptias quid requiris. Si nõ habes, quare expertã nõ me-  
tuis sterilitatem. & rem incertã, certo p̄fers pudori. Scribũtur  
tibi nunc sponsales tabulæ, ut post paululũ testamentũ face-  
re cõpellaris. Simulabitur mariti infirmitas. & quod te mori-  
turã facere uolet, ipse uicturus faciet, aut si euenerit, ut ex se-  
cundo marito habeas filios, domestica oritur pugna, intestinũ  
p̄lium. Non licebit tibi amare liberos, nec equis aspicerẽ ocu-  
lis, quos genuisti. Clam porriges cibos. Inuidebit mortuo, &  
nisi oderis filios, adhuc eorꝝ amare uideberis patrem. Qd̄ si  
de priore vxore sobolem habens, domũ te introduxerit, etiã  
si clamentissima fueris, omnes comoedi & mimographi &  
cõmunes rhetorꝝ loci, in nouercã sæuissimã declamabunt. Si  
priuignus languerit, & cõdoluerit caput, infamaberis, ut ue-  
nefica. Si nõ dederis cibos, crudelis, si dederis, malefica diceris



Oro te, quid habent tantum boni sc̄d̄e nuptiæ, vt hæc mala  
valeant compensare? Volumus scire, q̄les esse debeãt uiduæ?  
Legamus euangeliũ sc̄dm Lucã. Et erat, inquit, Anna p̄phe  
tissa filia Phanuelis de tribu Aser. Anna interpretatur, gratia.  
Phanuel in lingua nostra resonat, vultũ dei. Aser, vel in bea/  
tudinẽ, vel induitias ȳtitur. Quia igitur ab adolescẽtia usq̄  
ad octogitaquatuor annos, uiduitatis onus sustinuerat. & nõ  
recedebat de templo dei, diebus ac noctibus insistens ieiunijs  
& obsecrationibus, iccirco meruit gratiã spiritalẽ. & nũcupa  
ri filia vultus dei, & atavi beatitudine diuitijsq̄ cẽseri. Recor  
demur uiduæ Sareptanæ, quæ & suæ & filiorũ saluti, Helia  
prætulit famem, vt in ipsa nocte moritura cum filio, supsti/  
tem hospitem relinqueret, malens uitam pdere, q̄ elemosy  
nam, & in pugillo farris, seminariũ sibi messis dominicæ p̄/  
parauit. Farina seritur, & olei capsaces nascit̄. In Iudæa fru/  
menti est penuria. Granũ em̄ tritici ibi mortuũ fuerat, & in/  
gentia uiduæ olei fluenta manabant. Legimus in Iudith (si  
cui tamen placet volumen recipe) uiduã confectã ieiunijs, &  
habitu lugubri sordidatã, quæ nõ lugebat mortuum viz. sed  
squalore corpis, sponsi īq̄rebat aduentum. Video armatã gla  
dio manum, cruentã dexterã, Recognosco caput Holopher  
nis de medijs hostibus reportatũ. Vincit viros foemina, & ca  
stitas truncat libidinẽ. Habituq̄ repente mutato, ad uictrices  
sardes redit, omnibus sæculi cultibus mũdiõres. Quidã impe  
rite & Dehorã inter viduas numerãt, ducemq̄ Barach arbi/  
trant. Deboræ filiũ, cum aliud scriptura cõmemoret. Nobis  
ad hoc nominabit̄, quod p̄phetissa fuerit. & in ordine iudi/  
cum supputet̄. Et quia dicere poterat. Quam dulcia gutturi



14  
meo a loquía tua, sup' mel & fauã ori meo. Apis nomẽ acce-  
pit, scripturaz floribus pasta. spũs sancti odore pfusa. & dul-  
ces ambrosiæ succos, pphetali ore cõponens. Noemi, quẽ no-  
bis sonat παρακλησημένη, quã interpretari possumus, consolatã  
marito & liberis pgre mortuis, pudicitã reportauerit in pa-  
triã. & hoc sustenta viatico, nurz Moabitidem tenuit. Vt illã  
Esaia vaticinium compleret. Emitte agnũ dñe dominatorẽ  
terræ, de petra deserti, ad montẽ filiæ Sion. Venio ad viduã  
de euãgelio, viduã paupculam, omni Israelitico populo ditio-  
rem, q̃ accipiens granũ sinapis, & mittens fermentum in fa-  
rinã satis tribus, patris & filij confessionem, spũs sancti grã tẽ-  
perauit, & duo minuta misit in Gazophylacium. Quicquid  
hẽre poterat in substantia sua. uniuersasq; diuitias in utroq; fi-  
dei suæ, obtulit testamento. Hæc sunt duo seraphim ter glo-  
rificantia trinitatem. & in thesauros ecclesiæ condita. Vnde  
& forcipe utriusq; testamenti, ardens carbo comphensus, pur-  
gat labia peccatoris. Quid vetera repetam, & virtutes foemi-  
naz de libris pferam, cum possis multas ante oculos tibi ppo-  
nere in urbe qua viuís, quaz imitari exemplũ debeas. Et ne  
videar adulatione p singulas currere, sufficit tibi sancta Mar-  
cella, quæ respondens gñi suo, aliquid nobis de euãgelio re-  
tulit, Anna septem annis a ỹginitate vixerat cũ marito, ista  
septẽ mensibus. Illa Christi expectabat aduentũ, ista tenet,  
quẽ illa susceperat. Illa uagientẽ cernebat. ista p̃dicat trium-  
phantẽ. Illa loquebat de eo om̃ibus, qui expectabant redem-  
ptionem Israel, hæc cum redemptis gentibus clamat. Frater  
nõ redimit, redimet hõ. Et de alio psalmo. Homo natus est in



ea, & ipse fundauit eā altissimus. Scio me ante hoc ferme biennium, ædidisse libros contra Iouinianū. quibus venientes econtrario quæstiones, vbi Apostolus cōcedit secunda matrimonia, scripturæ auctoritate cōtriuui. Et non est necesse eadem ex integro scribere, cum possis inde quæ scripta sunt mutuari. Hoc tantum, ne modum egrediar epistolæ, admonitā te vol. Cogita quætidie te esse morituram, & nunquā de secundis nuptiis cogitabis.

### ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQUENTIS.

**G**erontiam viduam dehortat a digamia, hoc est, secundis nuptiis, refellens eos, qui ex verbis diuini Pauli, probant iteratas nuptias. Epistola est, cum primis erudita & eloquens. Primam partem habet laudatoriam, veluti per excursum, quo fere solet vti. In secunda tractat argumentis rem ipsam. In tertia rursus ex patiat in locum communem, de calamitatibus rerum humanarum. Sed mirum, quod scite vtriusque digressionem ad proprium argumentum accommodet, optimus artifex.

### AD GERONTIAM VIDVAM DE MONOGAMIA.

**I**N VETERE via, nouam semitam quaerimus & in antiqua detrita materia, rudem artis excogitamus elegantiam. ut nec eadem sint, & eadem sint. Vnum iter, & pueniendi quo cupias, multa cōpendia. Sæpe ad viduas scripsimus, & in exhortationem earum multa de scripturis sanctis exempla repetentes, varios testimoniorum flores, in vnam pudicitiae coronam texuimus. Nunc ad Gerontiam nobis sermo est, quæ quondam



15  
vaticinio futuroꝝ, ac dei ꝑsidentis auxilio nomē accepit Quā  
auia, matris, a mitæꝝ probataꝝ in Christo sceminaꝝ, nobi/  
lis turba circumstat. Quaz auia Metronia, per quadraginta  
annos uidua perseuerans. Annam nobis filiā Phauelis de  
euangelio retulit. Benigna mater, quartū & decimum uidui/  
tatis implens annū, centenariū uirginū choro cingit. Soror Ce/  
lerini patris Gerontia, q̄ paruulā nutriuit infantem, & in suo  
natam suscepit gremio, per annos viginti mariti solatio desti/  
tuta, erudit neptem, docens q̄d a matre didicit. Hæc breui ser/  
mone ꝑstrinxi, vt ostendam adolescentulam meā, non ꝑsta/  
re monogamiā generi suo, sed reddere, nec tam laudandam  
esse si tribuat, q̄ om̄ibus execrandam, si negare tentauerit. ꝑ/  
fertim cum posthumus eius Simplicius, nomē patris referat,  
& nulla sit excusatio desertæ ac sine heredibus domus. sub q̄/  
rum patrociniū, interdū sibi libido blanditur, vt quod intem/  
perantiam suam faciunt, videant facere desiderio liberorū.  
Sed quid ego quasi ad retrectantem loqr. cum audiam eam  
multos palatij procos, ecclesiæ vitare ꝑsidio, quos certatim dia/  
bolus inflammat, ut uiduæ nostræ castitatem probent, quam  
& nobilitas, & forma, & ætas, & opes faciūt cunctis appetibi/  
lem, vt quanto plura sunt, que impugnant pudicitiam, tanto  
uictoris maiora sint ꝑmia. Et quia nobis de portu egredienti/  
bus, quasi quidā scopulus opponitur, ne possimus ad pelagi/  
tuta decurrere, & apostoli Pauli scribentis ad Timotheum, ꝑ/  
fertur auctoritas, in qua de uiduis disputans ait. Volo autem  
iuniores nubere, filios procreare, matref familias esse, nullam  
occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Iam enim quæ/  
dam abierunt retro post satanam, Oportet primum, sensum



tra stare præcepti. & omnem loci huius continentiam discutere, atq; ita apostolicis vestigijs insistentem, ne transuersum quidem (vt dici solet) unguem in partem alteram declinare. Supra scripserat, qualis vidua esse deberet, vnius uiri uxor, quæ liberos educauit, quæ in bonis operibus habuit testimonium, quæ tribulatis de sua substantiâ subministravit, cuius spes deus est. & quæ permanet in obsecratione, & orationibus nocte ac die. Post quæ iungit contraria. Quæ autem in delictis est, uiuens mortua est. Statimque infert, ut discipulum suum muniat omni arte doctrinæ. Adulescentes autem uiduas deuita, quæ cum lasciuierint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quæ primam fidem irritam fecerunt. Propter has igitur, quæ fornicatæ sunt in iniuriam uiri sui Christi (hoc enim *κατασκευιασασιν* græcus sermo significat) uult apostolus alterum matrimonium præferens digamiam fornicationi, secundum indulgentiam dumtaxat, non secundum imperium. Simulque singula testimonij uerba tractanda sunt. Volo, inquit, adulescentulas nubere. Cur quæso? quia nolo adulescentulas fornicari. Procreare filios. Quam ob causam? Ne metu partis ex adulterio, filios necare cogantur. Matres familias esse. Quare obsecro? Quia multo tolerabilius est digamam esse, quam scortum. & secundum habere uirum, quam plures adulteros. In altero enim miseriæ consolatio, in altero poena peccati est. Sequitur. Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia, in quo breui accinctoque præcepto, multa simul monita continentur. Nec propositum uiduæ exquisitior cultus infamet. Ne oculorum nutibus & hilaritate uultus, iuuenum post se greges trahat. Ne aliud uerbo, aliud habitu polliceatur. & conueniat ei versiculus ille uulgatus. Risit, & arguto quoddam



16  
p̄misit oculo. Atq̄ ut omnes nubendi causas, breui sermo  
ne concluderet, cur hoc p̄cepisset ostendit, dicens. Iam em̄ que  
dam abierunt retro post satanam. Ideo ergo secunda. & (si  
necesse est) tertia, incōtinentibus ap̄it matrimonia, vt a Sata/  
na abstrahat. vt magis mulierē qualiacūq̄ viro iunctā faciat  
esse, q̄ diabolo. Sed & ad Corinthios tale qd loquit̄. Dico aut̄  
innuptis & viduis, bonum est illis, si sic p̄manerint vt ego. Si  
aut̄ non se cōtinent, nubant. Melius em̄ est nubere, q̄ uri Cur  
Apostole? Statim intulit, quia peius est vri. Alioqui absolutū  
bonum est, & sine compatione peioris, esse quod Apostolus  
est, id est, solutum nō ligatum, nec seruū, sed liberū, cogitātem  
ea quæ dei sunt, non ea quæ uxoris. Et protinus in consequē  
tibus. Mulier (inquit) alligata est viro, q̄ diu vir eius viuūt, q̄  
si dormierit vir eius, libera est. cui vult nubat, tm̄ in domino,  
Beati or aut̄ erit, si sic p̄manerit secundū consiliū meū. Pu/  
to aut̄ quod & ego spiritū dei habeam, & in hoc idem sensus  
est, quia idem spiritus. Diuersæ epistolæ. sed unus auctor epi  
stolæ. Viuente viro, mulier alligata est, & mortuo, soluta.  
Ergo matrimoniū vinculum est, & viduitas solutio. Vxor a  
ligata est viro. & ait uxori alligatus est, intantū, ut sui corpis  
non habeant potestātē, & alterut̄q̄ debitū reddant, nec pos/  
sint habere pudicitiaē libertatem, q̄ seruiunt dñatui nuptiarū  
Quodq̄ addidit, tm̄ in dño, amputat ethnicorū coniugia. De  
quibus & in alio loco dixerat. Nolite iugum ducere cū infide  
libus. Quæ em̄ participatio iustitiæ cū iniquitate? Aut quæ so  
cietas luci cum tenebris? Quæ conuentio Christi cum Belial?  
Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui consensus templo dei  
cū idolis? Ne scilicet aremus in boue & asino, ne tunica nu/  
D ij



ptialis, uario sit texta sub tegmine. Extemploq; tollit quod cō  
cesserat. & quasi poeniteat eum sententiæ suæ, retrahit. Bea  
tior erit, si sic pmanferit, suiq; hoc magis esse consilij. Quod  
ne cōtemnatur ut hominis, spiritus sancti auctoritate confir  
mat, ut non indulgens homo fragilitati carnis humanæ, sed  
in Apostolo spiritus sanctus p̄cipiens audiatur. Nec sibi in eo  
annorū puellarium debet uida blandiri, quod non minus se  
xagenariam eligi p̄cipit. Necq; em̄ innuptas, vel iuueculas co  
git, ut nubant, qui de nuptijs quoq; loquit. Tempus breue est  
Superest, ut & qui habent uxores, sic sint, quasi non habeāt,  
sed de his uiduis disputat, quæ suorū nutriunt alimentis, quæ  
filiorū & nepotum ceruicibus imponunt. Quibus imperat,  
ut discant domū suam colere, & remunerari parentes, suffici  
enter eistribuere, ut non grauetur ecclesia, ut possit certis ui  
duis ministrari. De quibus scriptum est. Honora uiduas, quæ  
ueræ uiduæ sunt, hoc est, quæ omni suorū auxilio destitute, q̄  
manibus suis laborare nō possunt, quas paupertas debilitat,  
ætasq; conficit, quibus deus spes est, & omne opus oratio. Ex  
quo datur intelligi, adolecētulas uiduas, exceptis his quas ex  
cusat infirmitas, vel suo labori, uel liberorū ac propinquorū  
ministerio delegari. Honor aut̄ imp̄sentiarum, vel pro eleemo  
sina, vel pro munere accipitur, ut est illud. Presbyteri dupli  
ci honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo &  
doctrina. Et in euangelio dominus differit mandatum legis,  
in quo dicitur. Honora patrem tuum, & matrem tuam, non  
in uerborū sono, qui inopiam parentum, cassa potest adula  
tione frustrari. sed in victus necessarijs ministrandis debere  
Intelligi. Iubente enim domino, ut filij alerent pauperes, &



phanisæi e contrario docebant filios, ut parentibus responde-  
rent. Corban, hoc est, donum quod altari pollicitus sum, & in  
templi dona promisi. si tua me acceperis cibos, vertetur in tu-  
um refrigerium. Atq; ita fiebat, ut egentibus patre & matre,  
sacrificium offerrent filij, quod sacerdotes scribeq; consume-  
rent. Si ergo Apostolus pauperes viduas (eas tamen quæ ado-  
lescentulæ sunt, & nulla debilitate frangunt) cogit suis mani-  
bus laborare, ne grauetur ecclesia, & possit anus viduas suste-  
tare. qua excusatione vteat, quæ opibus mundi affluit, quæ po-  
test etiam alijs ministrare, & de iniquo mammona sibi face-  
re amicos, qui possint eam in æterna tabernacula recipere? Si-  
mulq; considera, quod vidua nõ eligatur, nisi vnus uiri uxor.  
& nos putabamus sacerdotum hoc tantum esse priuilegium.  
vt non admittatur ad altare, nisi qui vnã habuerit vxorem  
Non solũ em̄ ab officio sacerdotij digamus excluditur, sed &  
ab eleemosyna ecclesiæ, dum indigna putatur stipe. quæ ad  
secunda cõiugia deuoluta est. Quancũq; lege sacerdotali tenea-  
tur & laicus, qui talem p̄bere se debet, vt possit eligi in sacer-  
dotium. Non enim eligit, si digamus fuerit. Porro eligunt ex  
laicis sacerdotes. Ergo & laicus tenetur m̄dato, per quod ad  
sacerdotium puenit. Aliud est quod vult Apostolus, aliud qd̄  
cogitur velle. Vt concedat secunda matrimonia, meæ est in-  
continentiæ, non illius voluntatis. Vult omnes esse sicut se  
ipsum. & ea cogitare quæ dei sunt, & solutos nequaquã ultra  
alligari. Sed si labentes, p̄ incontinentiam ad barathræ stupri  
uiderit puenire digamię porrigit manum, ut cum una magis  
q̄ cum pluribus voluent. Quod nequaquã vt amare dictum,  
& contra Apostoli regulam, secundus nuptiator exaudiat.



Duae enim sunt a postoli voluntates. Vna qua p̄cepit. Dico autem innuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut ego. Altera qua indulget. Si autem non se continent, nubant. Melius est em̄ nubere, q̄ uri. Primum quid uelit, deinde quid cogatur uelle, demonstrat. Vult nos p̄manere post nuptias, sicut seipsum. Et propositae beatitudinis, a postolicū ponit exemplum. Sin aut̄ nos uiderit nolle quod ipse uult, incōtinentiae nostrae tribuit indulgentiam. Quam e duabus eligimus voluntatem, quod magis uult, & quod per se bonū est, an quod mali comparatiōe fit leuius. & quodam modo nec bonum est, quia p̄fertur malo; Ergo si eligimus, quod Apostolus non uult, sed uelle compellit̄, imo acquiescit deteriora cupientibus, non Apostoli, sed nostram facimus uoluntatē. Legimus in veteri testamento. Semel maritatas filias sacerdotum, si uiduae fuerint, uelci debere de sacerdotalibus cibis, mortuisq; sic, a patre exhibendum inferiarū officium. Sin autem alios uiros acceperint, alienas eas, & a patre & a sacrificijs fieri, & inter externas debere deputari. Quod quidem obseruat & gentilitas, in condemnationem nostri, si hoc non exhibeat ueritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo, qui & castitatem repperit perditricem. Hierophanta apud Athenas euitatur, & aeterna debilitate fit castus. Flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur. Flaminea quoq; unius mariti eligitur vxor. Ad tauri Aegyptij sacra semel maritus assumitur. Ut omittam uirgines Vestae & Apollinis, Junonisq; Achiue & Dianae ac Mineruae, quae perpetua sacerdotij uirginitate marcescunt. Stringam breuiter reginam Carthaginis, quae



magis ardere uoluit, q̄ Hiabæ regi nubere. Et Hasdrubalis  
uxorem, quæ apprehensis utraq; manu liberis, in subiectum  
se precipitauit incendium, ne pudicitiaē damna sentiret. Et Lu  
cretiam, quæ amissa gloria castitatis, noluit pollutaē conscien  
tiaē superuivere. Ac ne multa longo sermone contextam, que  
potes de primo contra Iouinianum uolumine ad aedificatio  
nem tuam sumere. unum tantum, quod in patria tua gestū  
est, repetam: ut scias pudicitiam etiam barbaris ac feris & san  
guinarijs gentibus esse uenerabilem. Gens Theutonum ex  
ultimis Gallor; oceani atq; Germaniæ profecta litoribus, om  
nem Galliam inundauit, sæpiusq; cæsis Romanis exercitib;  
apud quas Sextias Mario pugnante, superata est. Quorum  
trecentæ matronæ, cum alijs se uiris captiuitatis conditione  
tradendas esse didicissent, primum consulem deprecatae sunt  
ut templo Cereris ac Veneris in seruitium traderent. Quod  
cum non impetrarent, submouente eas licitore, paruulis cæsis  
liberis, mane mortuæ sunt repertaē, suffocatis laqueo faucib;  
& mutuis complexibus se tenentes. Quod igitur barbare ca  
stitati, non potuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis fa  
ciat: & experietur alterum uir; quæ priorem aut bonum pe  
didit, aut malum experta est, ut rursus contra iudicium dei,  
facere nitatur. Quid si statim secundā perdiderit, fortietur &  
tertium: & si ille dormierit, in quartū quintamq; p̄cedet. ut  
nihil sit, quo a meretricibus differat. Omni ratione uiduæ p̄  
uidendum est, ne castitatis primos excedat limites. Quos si  
excesserit, & uerecundiam ruperit maritalē, in oēm debac  
chabitur luxuriam, ita ut prophetam mereatur audire dicen  
tem, Facies meretricis facta est tibi. Impudora, a es tu. Quid



igitur. Damnamus secunda matrimonia? Minime, sed pri/  
ma laudamus. Abijcimus de ecclesia digamos? Absit. Sed mo/  
nogamos ad continentiam prouocamus. In arca Noe non so/  
lum munda, sed & immunda fuerunt animalia. Habuit ho/  
mines, habuit & serpentes. In domo quoq; magna, uasa di/  
uersa sunt, alia in honorem, alia in contumeliam. Est crater  
ad bibendum, est & matula ad secretiora naturæ. Nam  
cum in semente terræ bonæ, centesimum & sexagesimum  
& trigessimum fructum, euangelia doceant. & centenari<sup>9</sup> p  
yginitatis corona, primum gradum teneat. sexagenarius p  
labore viduarum, in secundo sit numero. tricenarius foedera nu/  
ptiarum, ipsa digitorum coniunctione testetur. digamia in quo  
erit numero? Imo extra numerum. Certe in bona terra non  
oritur, sed in uepribus, & spinetis vulpium, quæ Herodi im/  
pijsimo comparantur. vt in eo se putet esse laudabilem, si  
scortis melior sit. si publicarum libidinum victimas superet.  
si uni sit prostita, non pluribus. Rem dicturus sum incredibi/  
lem, sed multorum testimonijs approbabo. Ante annos plu/  
rimos, cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum Ro/  
manæ urbis episcopum, & orientis atq; occidentis synodicis  
consultationibus respondere, vidi duo inter se paria, uilissi/  
morum e plebe hominum comparata, vnum qui viginti sepe/  
lisset uxores, alteram quæ vicesimum secundum habuisset  
maritum, extremo sibi (vt ipsi putabant) matrimonio copula/  
tos. Summa omnium expectatio, virorum pariter ac foemi/  
narum, post tantas rudes, quis quem prius efferret, Vicit ma/  
ritus, & totius vrbs populo confluyente, coronatus & palmam  
tenens adorea atq; per singulos sibi acclamantes, vxoris mul



79  
rinubæ feretrum præcedebat. Quid dicemus tali mulieri? Nam  
pe illud, quod dominus Samaritanæ. Viginti duos habuisti ma-  
ritos, & iste a quo sepelieris, non est tuus. Itaque obsecro te reli-  
giosa in Christo filia, ut testimonia ista non noueris, quibus  
incontinentibus, & miseris subuenit, sed illa potius lectites, quibus  
pudicitia coronat. Sufficit tibi quod primum perdidisti virgin-  
nitatis gradum, & per tertium uenisti ad secundum, id est, per  
officium coniugale, ad uiduitatis continentiam. Extrema, imo  
abiecta, ne cogita, ne cogites, nec aliena & longe posita exem-  
pla perquiras. Habes autem matrem, & amitam. Quarum tibi  
abundans imitatio atque doctrina. & præcepta uiuendi, norma  
ututum est. Si enim multæ in coniugio, uiuentibus adhuc ui-  
ris, intelligunt illud apostoli. Omnia licent, sed non omnia ex-  
pediunt, & castrant se propter regna cælorum. vel a secunda  
natiuitate post lauacrum ex consensu, vel post nuptias ex ar-  
dore fidei, cur uidua quæ iudicio dei, uirum habere desijt, non il-  
lud læta bunda congeminet. Dominus dedit, dominus abstulit,  
& oblatam occasionem arripiat libertatis, ut sui corporis ha-  
beat potestatem, nec rursus ancilla fiat hominis. Et certe mul-  
to laboriosius est, non frui eo quod habeas, quam desiderare quod  
amiseris. Vnde & uirginitas in eo facilius est, quod carnis in-  
centiua non nouit, & uiduitas in eo sollicitior, quod præteritas  
animo recollit uoluptates, maxime si se uirum putet perdidisse,  
non præmississe, quorum alterius doloris, alterius gaudij est. Primi ho-  
minis creatura nos doceat, plures nuptias refutare. Vnus A-  
dam, & una Eua, immo una ex eo cõsta, separat in foeminam  
Rursumque quod diuisum fuerat, nuptijs copulatur, dicente

E



scriptura. Erūt duo in carnē vnā, nō in duas, nec in treis. Propter quā relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit uxori suæ, certe non uxoribus. Quod testimoniū Paulus edisserens, ad Christū refert & ad ecclesiā, ut primus Adam in carne, secundus in spiritu monogamus sit. Sit una Eua, mater cunctorum uiuentium, & una ecclesia parens omnium Christianorum. Sicut illam maledictus Lamech in duas diuisit uxores, sic hanc hæretici, in plures ecclesias lacerant, quæ iuxta Apocalypsim Ioannis, synagogæ magis diaboli appellandæ sunt, quàm Christi conciliabula. Legimus in carminum libro, sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentulæ quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea vna est matri suæ, electa generici suæ. Ad quam scribit idē Ioannes epistolam, Senior electæ dominæ, & filij eius. Sed & in arcam quam Petrus apostolus sub typo interpretatur ecclesiæ. Noe cum tribus filijs, singulas, non binas uxores introduxit. Etiam de immundis animalibus bina sumuntur, masculus & foemina, ut ne in bestijs quidem, serpentibusque, crocodilis ac lacertis, digamia habeat locum. Quod si de immundis septena ponunt, id est, imparia, & in hoc virginitatis ac pudicitia palma monstratur. Egressus enim de arca Noe, deo victimas immolauit, non utique de pari, sed de impari numero, quia alteræ foetibus atque coniugio, alteræ sacrificio præparatum est. Et patriarchæ non singulas habuerunt uxores, imo & concubinas habuere plurimas. Et (ne hoc parum sit) Dauid multas, & Solomon habuit innumerabiles. Iudas ad Thamar, quasi ad scortum ingreditur. Et iuxta occidentem literam, Osce. p1



20

pheta non solum meretrici, sed etiam adulteræ copulat. Quod  
si & nobis iure cõceditur, ad hinc iniamus ad oēs foeminas, & in  
exemplū Sodomæ & Gomorræ, ab ultimo die, depræhenda  
mur uendentes & ementes, nubentes & nuptui tradentes, &  
tunc sit finis coniugij, qñ terminus uitæ. Quod & si post dilu  
uiū, & añ diluuium uiguit ista sententia, Crescite & multipli  
camini, & replete terrā, quid ad nos, in quos fines seculorū de  
currerunt, qbus dicitur, Tempus breue est, & iā securis ad ra  
dices arborū posita est, q̄ syluā legis & nuptiarū, euangelica ca  
stitate succidat. Tps amplexandi, & tps longe fieri ab ample  
xibus. Hieremias captiuitate p̄p̄inqua, uxore p̄hibet accipe.  
Ezechiel in Babylone, mortua est (inquit) uxor mea, & aptū  
est os meū, Nec ducturus vxorē, nec ille qui duxerat, possunt  
in ope coniugali libere p̄phetare, Olīm gloriæ erat, illum au  
dire uersiculum, Filij tui sicut nouellæ oliuarū, in circūitu mē/  
sæ tuæ, & uideas filios filiorū tuorū. Nunc de cõtinentibus di  
citur, Qui adharet dño, unus spiritus est. Et, adhæsit anima  
mea post te, me suscepit dextera tua. Tunc oculū pro oculo,  
nunc uerberanti maxillā p̄bemus & alterā, Illo tpe bellatori  
bus dicebatur, Accingere gladio tuo sup femur tuū potentis/  
sime, modo audit Petrus, Conde gladiū tuū in uaginam, Qui  
em gladio pcutit, gladio moriet̄. Hæc dicimus, nō separantes  
legem & euangeliū, ut Marcion calumniat̄, sed vnū atq; eun  
dem suscipientes deū, qui p̄ uarietate temporū atq; causarū  
principiū & finis, serit, ut metat, plantat, ut habeat quod suc  
cidat, iacit fundamentū, ut ædificationi, cõsummato sæculo,  
culmē imponat, Alioq; si ad sacramēta ueniamus & futuroꝝ



cypos, nō nostro arbitrio, sed Apostolo differente. Agat & Sa-  
ra, uel mons Sina & Sion, duo testamenta significāt, Lialippi  
entibus oculis, & Rachel quam Iacob amabat plurimū, syna-  
gogam ecclesiamq; testant. Vnde & Anna prius sterilis, Fe-  
nēna ubertate foecūdiōr est. Licet & monogamia nos in Isa-  
ac & Rebecca p̄cesserit, cuius solus partus dñi reuelatio est.  
Nec vlla alia foeminaꝝ deum per seip̄am consulit. Quid lo-  
quar de Thamar, q̄ Elron & Phares geminos fudit infātes.  
In quorū natiuitate diuisa maceria, duos populos sepauit. Et  
ligata manus coccino, cōscientiam iudaeorū, iam tunc Christi  
passione resperfit. Ac de scorto p̄phético, cuius similitudo vel  
ecclesiam significat de gentibus congregatā, uel (qđ ip̄i loco  
magis conuenit) synagogam primā assumptam de idolatris  
p̄ Abraham & Moysen. Deinde post adulterium, & negatio-  
nem Saluatoris, sedentem plurimo tempore sine altari sacer-  
dotibus ac prophetis, & viri pristini confortium p̄stolantem.  
ut postq̄ subintrauerit plenitudo gentium, tunc om̄is Israel  
saluus fiat. Quasi in breui tabella latissimos terrarū situs  
ostendere volui, vt pergam ad alias quæstiunculas, quarū pri-  
ma de Annæ consiliō est. Sola ne p̄petua mœrens carpere  
iuuenta? Nec dulces natos, Veneris nec p̄mia noris? Id  
cinerem, aut manes credis curare sepultos? Cui breuiter re-  
spondeat ipsa q̄ passa est. Tulachrymis euicta meis, tu pri-  
ma furentem, His germana malis oneras, atq; obijcis hosti  
Non licuit thalami ex p̄tem sine crimine uitam. Degere  
more feræ, talis nec tangere curas. Non seruata fides cine-  
ti p̄missa Sicheo. Proponis mihi gaudia nuptiarū, ego tibi



opponā, pyram, gladium, & incendium. Non tantum boni  
 est in nuptiis quod speramus, quantum mali, quod accidere pot  
 & timendum est. Libido transacta semper sui relinquit poenitur  
 dinē, nunquam satiat. & extincta redaccenditur. Vsu crescit, &  
 deficit, nec rationi pareat, quae impetu ducit. Sed dices, Ample  
 opes & dispensatio rei familiaris egent auctoritate viri. Scilicet  
 cet perierunt domus coelibum. & nisi cum seruulis tuis ipsa  
 serueris, familiae tuae imperare non poteris. Auia tua, mater  
 & amita, nonne auctoritatis pristinae, honorisque maioris sunt  
 dum eas & tota prouincia, & ecclesiarum principes suspiciunt.  
 Ergo milites & peregrinantes, sine uxoribus sua hospitola  
 non regunt. & nec inuitant ad conuiuia, nec inuitant. Quasi  
 non possis probatae aetatis habere famulos, vel libertos, in quibus  
 nutrita es manibus, qui praesint domui, ad publicum responde  
 ant, tributa persoluant, quin te suspiciant, ut patronam, diligant,  
 ut alumnam, uenerent, ut sanctam. Quare primum regnum  
 dei, & haec omnia adijcientur tibi. Si de veste cogitaueris, lilia  
 tibi de euangelio proponunt. Si de cibo, remitteris ad aues quae  
 non serunt, neque metunt, & pater tuus coelestis pascit illas.  
 Quantae uirgines & uiduae absque ulla sordis rumoris, suam sub  
 stantiam gubernarunt. Caue ne iungaris adolescentulis,  
 ne his adhaereas, propter quas Apostolus concedit secunda ma  
 trimonia, & sustineas in media tranquillitate naufragium. Si  
 Timotheo dicitur, Adolescentiores uiduas deuita. Et iterum,  
 Ama anus, ut matres adolescentulas ut sorores cum omni castita  
 te, quare tu me comonentem non audias. Fuge personas, in quibus  
 potest malae conuersationis esse suspitio, nec paratum habere



as illud de triuio, sufficit mihi consciētia mea, non curo qd de  
me loquant homines. Et certe Apostolus, puidēbat bona, nō  
tīm coram deo, sed euam corā hominibus, ne p illum nomen  
dei blasphemaret in gentibus. Habebat utiq; potestatē foro  
rem mulierē circūducendi, sed nolebat se iudicari ab infideli  
cōscientia. Et cum posset de euangelio uiuere, diebus ac no/  
ctibus laborabat manibus suis, ne quem grauaret creditū.  
Si scandalizat (inquit) esca fratrem, in eternum carnē nō mā  
ducabo. Dicamus & nos. Si scandalizat soror, uel frater, nō  
vnū & alterum, sed totam ecclesiā, nec sororem uidebo, nec  
fratrem. Melius est rem familiarē minui, q̄ salutem animæ  
perire. Melius est amittere, quod (uelimus, nolimus) aliquādo  
peritūrum est, melius est sponte dimittete, q̄ id amittere, pro  
quo omnia dimittenda sunt. Quis nostrū, non dicam cubitū  
(quod enorme est) sed vnus unciolæ decimā partem adijce  
re potest ad staturam suā? Et solliciti sumus, qd māducemus,  
aut qd bibamus? Ne cogitemus ergo de crastino. Sufficit diei  
malicia sua. Iacob fratrem fugiens, magnis in patris domo di  
uitijs derelictus, nudus p̄git in Mesopotamiā, & ut nobis for  
titudinis p̄beret exemplum, lapide capiti supposito, uidit sca  
lam ad coelum usq; subrecliam, & dominū innitentem super  
eam, per quā ascendebāt angeli, & descendebāt, ut nec pecca  
tor desperet salutem, nec iustus de sua uirtute securus sit. At  
q; (ut multa p̄teream) neq; em̄ temp⁹ est, ut assumpti testimo  
nij omnia edifferam) post ānos uiginti/diues, dominus, & pa  
tre ditior, qui dudum Iordanem in baculo transferat, cum tri  
bus turmis gregum in patriam reuertitur, Apostoli toto orbe



peregrini, non as in zona, non uirgam in manu, non caligas habuere in pedibus, & tamen dicere poterant, Nihil habentes, & omnia possidentes. Et, aurum & argentum non est nobis, quod aut habemus, hoc tibi damus, in nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Non enim erant diuitiarum sarcina praegravati. Et ideo stantes cum Helia in foramine petrae, per angustias acus transire poterant, & posteriora dominum contempleri. Nos uero ardemus auaricia, & contra pecunias disputantes, auro linum expadimus, nihilque nobis satis est. Et illud, quod de Megarensibus dicitur, iure misericorditer coaptari potest. Aedificant quasi semper uiaturi, uiuunt quasi altera die morituri. Et haec facimus, quia domini uerbis non credimus, & quia aetas optata cunctis non uicinia mortis, quae debetur mortalibus lege naturae, sed cassa spe, annorum nobis spatia pollicetur. Nemo enim tam fractis uiribus, & sic decrepitae senectutis est, ut non putet se unum adhuc annum esse uiaturum. Unde subrepat oblitio conditionis suae, ut terrenum animal, & iam iamque soluendum, erigatur in superbiam, & animo coelum teneat. Verum quid ago? Fracta nauis de mercibus dispuo. Qui tenebat, de medio sit, & non intelligimus Antichristum appropinquare, quem dominus Iesus Christus, interficiet spiritu oris sui. Vae praegnantibus, & nutriendibus in illa die, quorum utrumque de fructibus nuptiarum est. Praesentium miseriarum pauca percurram, Quod rari hucusque residemus, non nostri meriti, sed domini misericordiae est. Innumerabiles & ferocissimae nationes, uniuersas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenaeum est, quod Oceano & Rheno includitur. Quadus,

E iij



Vuandalus, Sarmata, Halani, Cipedes, Heruli Saxones, Burgundiones, Alemanni & (olugenda res publica) hostes Pannonij vastarunt. Ete[m] Assur uenit cum illis, Magontiacū nobilis quondam ciuitas, capta atq[ue] subuersa est, & in ecclesia multa hominū milia trucidata. Vangiones longa obsidione delicti. Remorū vrbs prepotens, Ambiani, Atrebatē, extremiq[ue] hominū Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitaniae, nouemq[ue] populorū Lugdunensis & Narbonēsis puincia. Praeter paucas urbes populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius, intus uastet fames. Non possum absq[ue] lachrymis Tolosae facere mentionem, q[uam] ut hucusq[ue] non rueret, sancti episcopi Exuperij merita p[ro]stiterunt. Ipsae Hispaniae iam iacq[ue] periturae, quotidie cōtremiscūt, recordantes irruptionis Cimbricae, & quicq[ue]d alij semel passi sunt, illae semper timore patiuntur. Caetera taceo, ne videar de dei desperare clemētia. Olim a mari pontico, vsq[ue] ad Alpes Iulias, nō erāt nostra, q[uam] nostra sunt. Et p[ro]nostiginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani imperij regiōibus pugnabatur. Aruerūt uetustate lachrymē. Praeter paucos senes oēs in captiuitate, & obsidione generati, nō desiderabāt, quā nō nouerāt libertatē. Quis hoc crederet? Quae digno sermone historiae, comprehendēt? Romā in gremio suo, non pro gloria, sed p[ro] salute pugnare? Imo ne pugnare q[ui]dē, sed auro & cuncta supellectile, uitam redimere? Quod nō uttio principum, qui vel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit p[ro]ditoris, qui nostris, contra nos opibus armauit inimicos. Aeterno quondā dedecore Romanū laborabat imperiū, quod Gallis



23  
cuncta vastantibus. fuscis apud Italiam exercitu, Romam  
Brennus intrauit. Nec pristinam poterat abolere ignominiam,  
donec & Gallias gentile Galloꝝ solum, & Gallograeciam,  
in qua confederant orientis occidentisq; victores, suo impe-  
rio subiugasset. Hannibal de Hispaniae finibus orta tempe-  
stas, cum vastasset Italiam, uidit urbem, nec ausus est obside-  
re. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reuerentia, ut de-  
letis omnibus, & propinquo recederet loco, nec audebat uictor  
aspicere, quam regum didicerat ciuitatem. Et tamen pro hac  
iniuria non enim dicam (supbia) quae bonos exitus habuit, alter  
toto orbe fugitiuus, tandem Bithyniae, mortem ueneno repe-  
rit. Alter reuersus in patriam, in suo regno occubuit. Et vtri-  
usq; prouinciae, populi Romani vectigales sunt. Nunc ut om-  
nia prospero fine eueniant, propter nostra quae amisimus, non habe-  
mus quod victis hostis auferamus. Potentiam Romanae ur-  
bis, ardens Poeta describens, ait. Quid satis est, si Roma par-  
est. Quod nos alio mutemus elogio. Quid saluum est, si Ro-  
ma perit. Non mihi si linguae centum sint, oraque centum.  
Ferreus uox, omnes captorum dicere poenas Omnia caesorum  
percurrere nomina possim. Et haec ipsa quae dixi, periculosa  
sunt, tam loquentibus, quam audientibus, ut ne gemitus quidem  
liber sit, nolentibus, imo nec audientibus nobis flere, quae pa-  
timur. Responde mihi charissima in Christo filia, inter ista,  
nuptura es. Quem acceptura uirum, cedo fugiturum, an pugna-  
turum. Quid utrumque sequatur intelligis. Et pro Fescenino car-  
mine, terribilis tibi rauo sonitu buccina concrepabit, ut quae  
habes praenubas, habeas forte lugentes. Aut quibus delictis affluas,



quæ possessionū tuarū reditus pdidisti. q̄ obsessam familiolā  
tuam, morbo & fame cernis contabescere? Sed absit,  
vt de te talia sentiā. vt sinistrum quippiā suspicer de ea, quæ  
suam dño animā consecrauit. Non tam tibi, q̄ sub tuo nomie  
alijs sum locutus. q̄ otiosæ, & curiosæ, atq; uerbosæ domoscir  
cumeunt matronarū, quarū deus venter est, & gloria in cōfu  
sione earū. q̄ nihil aliud de scripturis, nisi digamię p̄cepta no  
uerunt. q̄ in alieno corpe, sua desideria cōsolant. ut quod ip̄æ  
fecerunt, alias facere uideant, & malarū societate palpentur.  
Quarū cum impudētiam & propositiones, apostolicarū sen/  
tentiarū interpretatione contriueris, legito quomodo tibi in vi  
duitate seruanda uiuendū sit, librum ad Eustochium  
de uirginitate seruanda, & alios ad Furiam atq;  
Saluinam. Quarum altera Probi quon/  
dam cōsulis nurus, altera Gildonis,  
qui Africā tenuit, filia est. Hic  
libellus de monogamia  
sub nomine tuo,  
titulū possi  
debit.


¶ *Trā G. W. deo dōg. .*

¶ FINIS Colonia, apud Henricum Nouesien  
sem, Anno a Natiuitate domini, Millefi  
mo quingentesimo uigesimo  
Mense Aprilii.


¶ Venundantur Zuzarija Nicolao Bibliopola.















the scale towards document

